



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

86. An Vicarius generalis Archiepiscopi habeat jurisdictionem in Suffraganeos Episcopos, aut saltem in eorum Vicarios.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

hibetur Vicarius præsente Episcopo dare dimissorias, quas dare absente Episcopo ei permittitur. Sbroz. num. 4. Pax Jord. num. 153. Sed & de hoc infra. Quorum tamē limitationum neutra, ut nec aliarum locum habet in Vicario Episcopi constituti à Papa ob inabilitatem Episcopi; is enim absolute potest omnia etiam præsente Episcopo. Sbroz. n. 6. Pax Jord. num. 154.

*Quæstio 85. Num Vicarius possit esse Judex in causa sui Episcopi?*

R Espondeo affirmativam teneri à Papazōn. in Apofil. ad rotam deiſ. l. aliis 47. n. 5. apud Sbroz. l. 2. q. 137. n. 1. qui tamen ipſe ait, negativam fibi videri certiorum, citat pro ea Bald. in l. ſi quis o. de Epis. & cler. n. 6. Sapient Felin. &c. Ampliat etiam Sbroz. ſuam hanc doctrinam n. 5. ut neque etiam eſſe poſſit Judex in cauſa Eccleſiae ſui Episcopi, eo cauſa quo Episcopus in tali cauſa nequit eſſe Judex. Admittit tamen Sbroz. n. 3. & 4. quod, cum Episcopus ſit piaſum voluntatum executor, dicaturque pater & procurator pauperum, poſſit petere miſionem in petita per procuratorem poſſionem nomine pauperum iſtitutorum hæredum, & in hoc cauſa Vicarium ejusdem Episcopi poſſe eſſe Judicem co-competentem in cauſa coram ſe mota per procuratorem Episcopi nomine pauperum contra laicum excipi-entem de co-competentia. Admittit quoque Sbroz. l. c. n. 6. quod Vicarius non prohibeat coram Episcopo teſtificari in cauſa pro auctore, ſi neceſſitas immineret, citat pro hoc Gl. in c. dilecto. v. recaſſis. de teſtribus. Gemin. conf. 115. n. 6. Verum hiſ non obſtantibus non video, cur Vicarius ſoſit eſſe Judex delegatus & conſtitutus à Pontifice in cauſa ſui Episcopi.

*Quæſtio 86. Num Vicarius generalis Archi-episcopi habeat iurisdictionem in ſuffraganeos Episcopos, aut ſaltē in corūn Vicarios?*

R Espondeo ad primum: Vicarius Archi-epiſcopi non nullam habeat poſteſtatem in Coēpiscopos ſeu Epifcōpos ſuffraganeos, poſt dignitatem & emi-neniam Officii Epifcopalis. Azor. Inſt. mor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 10. Pirl. ad tit. de off. Vicar. n. 66. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 152. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 39. Sbroz. l. 2. q. 58. n. 2. citans Bertach. de Epis. p. 7. 4. tit. de Vicar. Epis. q. 10. Rebuff. in pr. benef. tit. ſorm. Vicar. Archi-epis. n. 164. Cuch. Inſt. Jur. Can. de Vicar. Epis. n. 123. &c. juxta c. Romana. ſ. ſi Officiales. de off. Judic. ordinari. in 6.

2. Limitant reſponſionem Ventrigl. Pax Jord. Azor. locis cit. Sbroz. l. c. num. 3. ut procedat ſolū, quando Archi-epiſcopus eſt præſens in provincia, non verò, quando eſt abſens; eo quod tunc Vicarius Archi-epiſcopi habeat in diſtos ſuffraganeos iurisdictionem cum poſteſtate infligendi censuras, ſeu profe-rendi in illis ſententiā excommunicationis, ſu-penſionis & interdiſti. Pro hac limitatione citat Ventrigl. præter quamplures citatos à Sbroz. Grati-an. diſcept. for. c. 111. n. 19. & 20. & c. 169. num. 16. Meroll. Theol. mor. d. 7. c. 6. dub. 40. juxta cit. c. Romana. vi cuius prohibitum Vicario ferre censuras iſtiusmodi in ſuffraganeos præſente Metropolitano, quas tamen ſi tulilſet præſente Archi-epiſcopo, vali-turas ſeu validas fore, tenet Gl. in cit. c. Romana. v. at-tentans, & cum eo Sbroz. l. c. n. 8. citans quoque pro hoc Foller. in pr. crimin. can. p. 1. mor. d. n. 123. quan-vis addat, Vicarium eſſe propter ea puniendum. Ve-

rum tamē melius cum Jo. Monacho. & Archid. in idem c. Romana. cas vim habituras negat Azor. L. c. ſententia lata ab eo, qui Judex non eſt ( qualis pro tempore dictæ ſententia in ordine ad dictum effe-ctum non eſt Vicarius, utpote cujus tuuc ſuſpenſia jurisdictione & potestas terendi censuras in dictos ſuſfraganeos) non valet. Et ſic in ſpecie Vicarum Archi-epiſcopi eo abſente in cauſa appellationis ab Epiſcopo ſuſfraganeo per viam ſuſpenſionis, interdiſti, vel alia poſſe procedere contra Epifcōpum ſuſfraganeum, ut pareat hiſ ſcriptis & provisionibus, tradit Carol. de Luca ad Ventrīgl. l. c. num. 4. citato Gratiano diſcept. 169. n. 6. Verum de hac poſteſtate terendi censuras ex profeſſo in tra.

3. Respondeo ad ſecundū: Sed neque Vicarius Archi-epiſcopi habeat jurisdictionem in Vicarios ſuſfraganeorum, ut neceſſe in alios eorum ſubditos. Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in c. n. 8. Pirl. l. c. Sbroz. l. 2. q. 59. n. 1. citans pro hoc cit. c. Romana. Gl. in c. 1. de off. Vicar. in c. v. ratio. & ibidem Archid. in prim. Gemin. n. 6. Abb. in c. pastoralis. de off. ordinari. &c.

4. Quod si his opponatur, Archi-epiſcopum dici Ordinarium Judicem omnium Epifcōporum ſuſ-proximicæ, & illos illi ſubjectos eſſe lege Metropoli-tana juxta c. pastoralis. ubi id uotat Abb. n. 2. & per conſequens etiam Vicarium Archi-epiſcopi, utpote qui facit unum tribunal cum ſuo Archi-epiſcopo, eſſe Judicem illorum ſuſfraganeorum, adeoque etiam eſſe judicem Vicariorum iſlorum ſuſfraganeorum, utpote qui quoque idem faciunt tribunal, eandemque personam repræſentant cum ſuis Epifcōpis, ac ita non minus iſtos Vicarios ſuſfraganeorum, quam ipsos ſuſfraganeos ſubjectos eſſe dicto Vicario Metropoli-tani. Si inquit haec opponantur, responderem (quæ reſponſio contineat quoque limitationem datae a nobis reſponſionis) imprimis jurisdictionem illam Archi-epiſcoporum in Epifcōpos ceſſare hodie quod ad cauſas criminaliſ, cum nequeant citari aut moneri, ſive ex officio procedatur, ſive per inquisitionem ſeu denunciationem vel accusationem. Sbroz. cit. q. 59. n. 1. juxta diſpositionem Trident. ſeff. 13. c. 6. ita ut pro nullo delicto aut cauſa, etiam graviflma, & atrociflma, puta hærefiſis, læſe Majestatis &c. citari poſſint ad peronaliſter comparendum per quoscunq; Ju-dices ordinarios, vel delegatos, etiam S. E. R. Cardinales, niſi de expreſſa ac ſpeciali commiſſione manu Papæ ſignata, pro ui habetur in conſtitu-ſione Pii IV. quā declaratur & ampliatur dicta Tri-dentini diſpoſitio, quæque in Bullario eſt 15. & in-cipit: in ſupremâ militante Eccleſia, edita anno 1564. Sept. Calend. Decemb. Dumque in Trident. l. cit. excipit cauſa, ob quam deponendus ſeu privandus veniret Epifcōpus, quod in ea citari & moneri poſſet ad comparendum personaliter, id inquam de Epifcōpis non residentibus, non verò de residentibus, utpote in hoc ob residentiam magis privilegiatis, in-telligendum. Gonzo. ad Reg. 8. gl. 41. n. 5. Subjectos nihilominus Archi-epiſcopo Epifcōpos ſuſfraganeos quo ad cauſas eorum civiles, quatenus de iſdem cognoscunt Archi-epiſcopi, ex Abb. in cit. c. pastoralis. tradit Sbroz. cit. q. 59. n. 2. Dein dicitur, quod Vicarius Epifcōpi ſuſfraganei conſideratus ut privata perſona non magis ſubjicitur Metropolitano quam alii Epifcōpo ſubdit, adeoq; ſicut alii illi ſubdit, ubi deliquerunt, non puniuntur nec conueniuntur coram Archi-epiſcopo (niſi in caſibus, de quibus Gl. in c. pastoralis. v. exceptis & ibi canonizte) ita nec Vicarii ſuſfraganeorum puniri a Metropolitano aut conueniunt, aut

## Cap. II. De dignitate, præcedentia,

aut delinquent tanquam privati, ita ut tunc Metropolitanus non sit Judex competens eorum. Sbroz. l. c. n. 3. & 4. Laym. l. c. hanc addens limitationem: nisi etiam in ictu modi sit appellatum ad Archiepiscopum. Maleò igitur minus in illis ut tales juridictionem exercere potest Vicarius Episcopi. Si vero consideretur Vicarius ut persona publica, nempe ut Judex ordinarius in eodem curu Episcopo tribunalis jurisdictionem exercens, poterit ratione hujus officii male administrati, commissariæ que in eo culps & v.g. ratione iustitiae sententiae latæ, cognitâ à Metropolitanus causâ ab eodem puniri, v.g. excommunicari. Carol. de Luc. l. c. n. 7. Pirk. cit. n. 66. Laym. cit. n. 8. Sbroz. l. c. n. 6. juxta cit. c. Romana. de off. Vicar. in 6. Quin & renebitur Episcopus in hoc casu listere & exhibere suum Vicarium Metropolitanum. Pirk. Laym. logist. Causas vero rationabiles, ob quas à Metropolitanu puniri possit juxta dictum c. Romana. de off. Vicar. Vicarius recenseri a Gl. in idem c. item ab Archidia, ibidem in p̄ncl. & fine, & à Gemin. n. 6. ait Sbroz. c. n. 6. & inter alias esse, dum Vicarius impedire causam appellationis delatam ad Archiepiscopum. Si uteretur jurisdictione Episcopi excommunicati. Si non servaret sedis Apostolicae privilegia. Si sit criminatus & incorrigibilis. Intelligendo tamen hac omnia, si Episcopus sit complex & particeps delicti & culps sui Vicarii. Si enim ipse particeps delicti & culps de ea cognoscet & judicaret, fungeretur officio partis, & Judicis, & sic in propria causa judicaret & utpote cum quo eandem personam representat Vicarius. Pirk. l. tit. Sbroz. l. 2. q. 138. n. 3. De cetero namque si Episcopus ipse extra culpam fuit, jam poterit ipse de negligentia & delicto Vicarii seu in officio suo commissa cognoscere & eum punire. Sbroz. l. 2. q. 138. n. 2. Laym. l. c. citantes Speculator. l. 2. partic. 1. cit. de compet. Judic. adiutor. & sequitur videlicet. n. 3. ubi is quod de maleficio commisso in officio ab Officiali Episcopi, ut puta in sententia & processu, agendum est coram Episcopo, cuius est Officialis, & non coram Archiepiscopo vel ejus Officiali. Item Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 22. Bertach. de Episc. f. 4. p. 5. n. 19. & plures alii apud Sbroz. l. c. Quin & Archiepiscopus se in hoc casu immiscere non poterit, nisi Episcopus requisitus cognoscere recusat. Laym. l. c. Sbroz. l. c. n. 3. ubi: quod si Episcopus requisitus nollet causam cognoscere, Vicarium coram Metropolitanu vel eius Vicario conveniri potest: rationem hujus subdens, nempe quod Vicarius etiam ratione officii sui quodam modo subjectus & subordinatus sit Episcopo suo, & licet ejus jurisdictione & potestas eadem sit cum jurisdictione Episcopi, alio tamen modo in Vicario resideat, & aliter in Episcopo: in illo videlicet cum dependentia à voluntate & imperio Episcopi, qui perinde invigilare debet Vicario, & que male ab eo acta rescindere. Neque enim culpa Officialis aut Vicarii domino novere debet, ut ait Rebuff. in pr. tit. de Vicar. n. 41. & tit. de form. Vicar. n. 140. Neque hac ratione, eti Episcopus habeat idem tribunal, sitque eadem cum Vicario suo persona, dicetur agere in causa propria, cum factum Vicarii, dum is male egit, non dicatur factum ab Episcopo, nec is illi actu stare tenetur. Sbroz. l. c. n. 4. citans Gemin. conf. 114. Castren. confil. 348. col. 2. vol. 1. Decium in c. sanè il. 2. col. 2. de off. delegat. ubi is dicat, quod tunc Vicarius non gerat vices Episcopi. Abb. in c. eam re, de rescr. n. 12. & 13. & plures alios. Uude jam illud conficitur, Vicarios suffraganeorum in tantum sive quod ad dictas penas subjectos esse suis Metropolitanis, & quidem quasi per accidens, nimis in defectu Episcopi proprii

negligentis cognoscere & punire illas culpas Vicarii. Et ulterius illud deducitur, quod si Vicarius hi in dictis casibus subjecti sint Metropolitanis, non minus subjectos fore Vicariis generalibus Metropolitanorum, utpote qui eandem cum Metropolitanis suis excentur jurisdictionem.

*Questio 87. In quo loco Vicarius exercere possit suam jurisdictionem?*

**R** Espondeo primò: Vicarius generalis Episcopi, quamvis tribunal plenumque in civitate Ecclesiæ Cathedralis situm sit. Pirk. l. c. n. 64. citans Nayar. l. 1. conf. 2. n. 5. de off. Judic. ordinari. Laym. in c. cùm contingat de foro compet. potest tamen ex causa rationabili in quovis loco diocesis honesto & idoneo judicium exercere, ut si in comitatu Episcopi vel solus extra locum tribunalis sui versetur in aliis partibus dioecesis, vel ob aliam causam commodum sic ibi causam controversiam decidi. Pirk. l. cit. Barbos. de off. Episc. alleg. 80. n. 6. Vicarius siquidem generalis jurisdictionem Episcopalem exercet; Episcopus autem in quovis loco non exempto jurisdictionem exercere potest juxta c. cùm Episcopus. de off. Judic. ordinari. in c. ergo & ejus Vicarius, modò caveatur, ne partes litigantes ad locum nimis remotum extra proprium Episcopi consistorium trahantur, alioquin petere possunt, ut in loco ipsis propinquiore judicium instituatur, & si id negetur, appellare. Ita ferè Pirk. citato Barbos. ubi ante n. 5.

**R** Espondeo secundò: jurisdictionem voluntariam Vicarius exercere potest etiam extra diocesim. Sbroz. l. 2. q. 65. n. 4. citans l. 2. & ibi Bald. de off. procons. Jaton in l. final. n. 7. ff. de jurisdict. omn. Judic. Menoch. de arbit. Judic. l. 1. q. 43. n. 16. & seq.

*Questio 88. Num Vicarius exercere possit actus voluntariae jurisdictionis sine speciali mandato Episcopi?*

**R** Espondent negativè: Roman. singul. 700. Fernand. in Apostol. ad Abb. in repér. c. si quis contra de foro compet. n. 35. apud Sbroz. l. 2. q. 65. n. 1. & 2. quā tamen ipse n. 3. tentit contrarium. Melius distinguitur, ita ut affirmetur de actibus jurisdictionis voluntariae, qui non sapient gratiam; negetur vero de actibus voluntariae jurisdictionis sapientibus meram gratiam. Fagn. in c. nos amplius. de instit. n. 76. ubi: qua sunt voluntaria jurisdictionis & sapient gratiam, regulariter non consentient translati in Vicarium generalem, sed tantum ea, qua sunt contentio & jurisdictionis & sapient justitiam. Item Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 63. ubi: qua sunt justitia & necessitatis, expedit Vicarius, & erit ea, qua sunt voluntaria jurisdictionis, non tamen sapient gratia: actus enim voluntaria jurisdictionis, qui non sunt mera gratia, recte possunt exerceri à Vicario absque speciali mandato, ut tenent Dominic. in c. final. de off. Vicar. in 6. Bald. in margarit. v. Vicarius. Felin. in c. ex parte. de conflit. n. 1. & alii apud eundem Garc.

*Questio 89. Num Vicarius Episcopo communicato, suspenso vel interdicto exercere possit jurisdictionem?*

**R** Espondeo primò: Remissive ad dicenda inferius, ubi de potestate Vicarii delegandi, & num eo excommunicato substitutus ab eo exercere possit jurisdictionem: item qualiter extinguitur jurisdictione Vicarii Episcopo excommunicato. Quæ vide, & cum hic dicendis combina.

**R** Respondeo secundò: Directe ad questionem negative. Eo ipso enim, quo suspensa, & impedita est jurisdictio Episcopi, suspensa quoque est jurisdictio Vicarii, & acta à Vicario durante illa excommunicatione & suspensione Episcopi, pertinentia ad jurisdi-